



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Et ne nos inducas in tentationem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

tiones eorum. Pl. 146. *Nec regnet peccatum in mortali nostro corpore.* Rom. 6.

2. Noli permittere Domine, ut subditi mei *spernant modica* Eccli 19. & paulatim decidant, & maneat. *Fiat in illis supra modum peccans peccatum.* Noli permittere, ut *abyssus abyssum invocet.* Pl. 41. Vel simul *abyssus peccati abyssus nihilitatis,* & *dilecti tui faciant in domo tua scelera multa.* Jerem. 11. Interim *abyssum infinitam divinæ misericordiæ jugiter invocent.*

3. Pater iuste tolle de hoc regno tuo omnia scandala. Matth. 13. *Purga & perfice* Pl. 79. *palmitem, vineam tuam, ut fructum plus afferat.* Joan. 15. Ne sint obsecro inter filios dilectionis tuæ *ira & indignatio.* Ephes. 4. *Nec radix amaritudinis sursum germinet.* Habac. 12. Sed de cordibus suis remittant sibi mutuas offensiones, sintque *consummati in unum, sicut tu cum Filio tuo & Spiritu S. unus es.* Joan. 17. *Et cognoscat mundus; quia natio nostra obedientia est & dilectio.*

Et ne nos inducas in tentationem.

1. **P**rotector potentia, firmamentum virtutis, tegumen ardoris, & umbraculum meridiani. Eccli 34. *obumbra quæso per gratiam tuam super capita filiorum meorum in die tam periculosi & continui belli.* Pl. 139.

2. Quod si fortè *tentatio apprehenderit* 1. Cor. 10. *quemquam ex eis, quos dedisti mihi de mundo.* Festina Domine, Pl. 69. *ut fias ei adjuv*

adjutorium casus. Eccli. 34. Eripe illum *de luto*,
ut non *infigatur in profundum.* Pl. 68. Nec tra-
datur à *desiderio suo peccatori.* Pl. 139. Et abeat
vagus in via cordis sui. Il. 57. Et pereat *de via*
iusta. Pl. 2.

3. O Christe *crucifixe protege* Pl. 26. visce-
ra mea in *aperto latere tuo*, in *abscondito vul-*
nerati cordis tui. Defende illos sub *tegmine,*
velamine, asylo alarum tuarum in Psalm. variis.
Sint illis *urbs refugii* Jos. 21. *vulnera tua.* Fo-
ramina petra Exod. 33. *Sicque Accusator fratrum*
nostrorum Apoc. 12. *Frustra jaciatur rete ante ocu-*
los pennatorum. Prov. 1.

4. Pater sancte, quia commisisti mihi has
animas. Da, ut cum cura *vigilem super eas tan-*
quam rationem pro iis redditurus. Hebr. 13. Di-
ligenter *considerem, agnoscam vultum pecoris mei.*
Prov. 27. Nec ignorem *astutias inimici contra*
filios meos. Simus obsecro, quotquot in *sub-*
limitate, tuâ voluntate, *positi sumus*, 1. Tim. 2.
velut pii *Samaritani* in lenitate & mansuetudine
suscipientes infirmos, *infundentes vinum & ole-*
um in vulnera Luc. 10. *tentatorum.* Infunde
nobis scientiam *Pastor bone consolidandi* in gre-
ge nostro, quod *infirmum est*, quod *confra-*
ctum est alligandi, quod *abjectum est reducendi.*
Ezech. 34. Ne, quos *dedisti nobis*, perdamus
ex iis quenquam, nec sit in numero nostro *filius*
verditionis Joan. 17. *degenerans ab excelsis co-*
gitationibus filiorum Dei, *factusque in ruinam,*
& *devorationem bestiarum agri.* Ezech. 34.